ab omni vi et iniuria Loca sacra, hominesque Religionem Catholicam Romanam profitentes vel eam docentes, aedesque Catholica fide imbuentes; Ad munia quoque publica Catholicis, qui ex ijs in Districtu hoc idonei fuerint, liber aditus esse debebit. Calendarium novum in omnibus Imperio S. R. M. subiectis Provincijs receptum, Nobilitas quoque huius districtus universa ad requisitionem nostram S. R. M. nomine factam, alacri animo recepit, quod ad festum proximum S. Ioannis Baptistae praesentis anni 1617. publice etiam per Consiliarios introducatur, promulgeturque per ministros etiam Ecclesiarum ad notitiam omnium deducatur, ac deinceps ab omnibus constanter observetur, authoritate nostra Commissoriali sub gravi S. R. M. indignatione constituimus, dicimusque. Iudicia imposterum secundum leges et ordinationes S. R. M. anno 1611. Districtui huic concessam in moderatione tamen, quam nonnulli in punctis has fecimus authoritati et ordinationi observata exerceantur. Si quid tamen ex legibus in Curlandia, et Semigalliae Ducatu authoritate nostra Commissoriali promulgatis Nobilitati Districtus Pilten usui esse possit, id quantum ratio districtus status eiusdem patitur, ut in usum